



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 30. Saxoniae Elector hujus Calendarii acceptationi obluctatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI. Junii celebrandis hanc rem proponere
A.C. 1581. velit. (*)

§. XXX.

Saxonice Elector hujus Calendarii acceptationi obluditatus.

Thuan. l. 76. Ad hæc comitia Cæsar unacum Saxonice Electore, Megapolitano Duce, aliisque Principibus accesserat, ubi ad exitum hujus Conventus de promulgatione novi hujus Calendarii a Gregorio XIII. propositi agebatur, Saxone hunc in modum perorante: „Ne novum hoc Calendarium acceptetur, in hoc negotio Cæsar, & sacri Imperii auctoritas, & existimatio vertitur, cum enim in dies Pontifex dolis, ac machi-

(*) Ecce rationem, ob quam cuncta, quæ a Catholicis scribuntur, fiunt, & dicuntur, hæreticis displicant, licet varios suæ pertinaciæ obtentus studiose quærant, prout adversus Concilium Tridentinum prætexebant: quis vero unquam sibi persuadere potuisset, quod sese veritati etiam ad oculum in hoc Concilio demonstratæ subjicere voluissent illius Sectæ Viri, qui etiam in re Religionem non adeo propinque concernente unice ideo adversari certabant, quia a Catholicorum ingenio exculta fuit, quamvis ipsimet illius necessitatem agnoscerent, ac melius systema inveniendo impares essent.

„machinationibus Imperii auctoritatem Sæcul. XVI.
„convellere nitatur, hinc non commit- A.C. 1582.
„tendum est, ut nos rem ad ejus dignita-
„tem, atque adeo Imperii Majestatem
„tantopere pertinentem neglexisse vide-
„amur: de cetero anni, qui nunc ab
„omnibus nationibus observatur, ratio
„a Julio Cæfare instituta fuit, & dein
„Carolus Magnus Imperii in occidente
„conditor, Calendarium ipsum, & no-
„mina mensium Teutonica lingua Ger-
„manis dederat: Canon vero Concilii
„Nicæni de Paschali celebratione non
„Pontificis Romani, qui ea potestate,
„ac auctoritate, quam nunc sibi vendi-
„cat, minime tunc fruebatur, sed com-
„muni tam Constantini Cæsaris, qui
„Synodo præfuit, quam Patrum de-
„creto conditus fuit; nam Concilia ipsa
„tum non a Pontifice, sed ab Impera-
„toribus Romanis indici solita erant,
„sicuti Synodus Constantiensem Cæsar
„Sigismundus recenti adhuc hominum
„memoria indixerat, & jus constituen-
„di non scilicet Episcopos in Germania,
„sed etiam Pontificem Romanum penes
„Cæfarem ante, & post Caroli Magni
„tempora usque ad Otthonem I. & dein-
„ceps usque ad Gregorii VII. Pontifi-
„cis ætatem fuit: cavendum igitur,
„ne Calendarii, quod correctione in-
„digere minime inficias eo, emandan-
„di

Sæcul. XVI. „di prætextu novam, & inusitatam Pon.
A.C. 1582. „tifici in Imperium, ac Cæsarem ipsum
„jurisdictionem, & mandandi potesta-
„tem tribuamus, præsertim cum Cæ-
„sare haud consulto, & non requisito
„Imperii Principum, & ordinum con-
„sensu res tanta a Pontifice suscepta sit:
„placet igitur, ut præprimis delibera-
„tur, ad quem anni, quem ab omni-
„bus nationibus eadem forma recipi
„publici commercii maxime interest,
„emendandi, & passim promulgandi
„jus pertineat: præmissis hisce tum de
„reipſa, de qua minime cum Lilio con-
„venimus, facilis erit disquisitio.,,

Ad hæc Electoris verba ejusdem
cum illo sententiæ omnes ceteri Ordi-
nes, cunctique Confessioni Augustanæ
addicti erant, quapropter Cæsar hoc
negotium ad aliud tempus remisit, &
veterem Calendarii formam hactenus
in Cameræ Cæsareæ judiciis usurpatam
illo adhuc anno servari præcepit: ne
vero ex hac diversa computandi ratio-
ne in Regnis, accivilis Societatis acti-
bus ulla confusio oriretur, quoties ad
illos, qui annum Julianum retinebant,
scribebatur, adjuncta fuere diei apposi-
tæ hæc verba: *juxta stylum veterem;* ista
vero: *juxta stylum novum* apponebantur
ab illis, qui annum Gregorianum ac-
ceptarunt: verum hæc scribendi forma

a ne

a nemine nisi a Protestantibus hodie- Sæcul. XVI.
A.C. 1582
dum usurpatur.

§. XXXI.

Græcorum Schismaticorum ratio no- vum recipiendi Calendarium.

Poloniæ Rex cum Calendarium Gre- Possev. t. 2.
gorianum ab omnibus suis subditis apparat.
recipi vellet, Rutheni, seu Russi Græ- Spond. n. 18.
corum schismate impliciti lèse huic præ- V. Strel.
cepto subjicere renuebant, instigante apud Ciac.
eos Jeremia Patriarcha Constantinopo-
litano, qui, ut inquiebat ipse, nondum
satis penetrabat rationes, quibus La-
tini ad tanti momenti mutationem fu-
sent inducti: postquam vero Papa eis-
dem hasce rationes exponi curaverat,
non modo hic idem Patriarcha fese sub-
jecit, sed ipsus etiam ad summum Pon-
tificem Deputatos alegabat, qui suo
nomine promitterent, quod omnes hanc
emendationem recipere, eamque ex-
acte sequi vellent: vicissim vero Ponti-
fex duos Nuntios ad Jeremiam decre-
verat unacum literis, donisque, quæ
eidem Patriarchæ Gallus, & Venetus
Oratores coram Amurate Turcarum Im-
peratore offerebant: quapropter Jere-
mias ab illo temporis articulo se pluri-
mum Ecclesiæ latinæ propensum exhi-
bebat, literisque submissione plenis
ad summum Pontificem datis eidem
pretio-